



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Opvs De Iudiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos &
Festos, ab ipso Auctore confectus

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1651

§. 1. In sortibus magna cautela opus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45653

tat, humiliat & subleuat, Quia ipse Dominus Deus noster: in vniuersa terra iudicia eius. 1. Paralip. 16. 14.

CAPVT XXXVI.

Quàm peruersè Deum, in Sortibus, imitetur, Dei simus

Cacodemon?



Onfrata via, qua dirigenda est naus, etiam digitus ad scopulos intendendus est, ne naufragium faciamus. Sunt enim infames hic scopuli, sunt Syrtēs, sunt Charybdes, sunt Acroceraunia. Ad quæ declinanda rursus tradenda sunt documenta. Neq; enim semper, aut temerè, ad iudicium Sortis, licet recurrere; immo sapius non licet, diuinis humanisque legibus obnunciatis.

I.

Primum documentum. Sortes etiam in scripturis narratæ, & à quibusdam Sanctis vsurpatæ, non idcirco nunc etiam omnes licitæ sunt. De Sanctis constat, eos, ex peculiari Dei instinctu, quædam miranda magis, quàm imitanda fecisse. Nimis diu alijs expectandum foret, si domum redire nollent, donec eis proiecetas in mare clauis piscis referret, vt S. Bennoni & S. Maurilio contigisse, supra meminimus. Neque vaccarum aut mularum aliorumque animalium iudicio, aut indicio potiùs, permittendum est, quàm eundem sit: tametsi, in veteri Testamento, vaccis ita arca sit imposta; & camelis, sine duce, ituris ad S. Frontonium commissus com meatus, aut ab Ignatio mulæ permissum, vtram ingreditur vellet. Adde, & Sanctos non semper ab infantia fuisse sanctos; neque omnia, quæ vnquam fecerunt, sancta arbitrandæ; cum homines fuerint, & subinde, vt homines, errarint. Communis via tutissima; præsertim mortalibus, quibus est communis vita. Certè, ne quis seipsum decipiat, si in SS. legat *Sortes* adhibitas, prudentissimè, post S. Hieronymum & Bedam, monuit Gratianus, eiusmodi *Sortes* ad nostra tempora non pertinere. Quia illa sortitio *cerimonialis* fuit. Itaque cum veteris legis *cerimonialium* abrogatione, ista quoque sortitionis *cerimonia* sublata est. Qua ipsa de causa monet Beda, Apostolos, ante S. Spiritum acceptum, in electione Matthiæ, adhuc legali *cerimonia* vsos fuisse;

II.

Supra cap. XXVII. §. XIII. & §. XIV. 1. Reg. 6. 7. Supra, c. 9. §. III.

Beda in c. 1. Actor.

Yy 3

postquam